



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 13. *Seculares quoque, escæ non nimiam debent habere curam; nec putare, tempus pœnitentiæ ad se nihil pertinere.*

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

ficut tres pueros, olusculis pinguiores face-
re, quàm alij Iouialibus cœnis & regum de-
licijs efficiantur; cum camelos ipsos sine du-
ctore regere, sine pastu, plusculos dies, cõ-
feruare; *quid timidi estis, modica fidei?* quid
contra Dominum murmuratis? quid indi-
gnè fertis? quid ad artes malas confugitis?
quid iugum illius detrectatis? in simplici-
tate cordis, rem vestram agite, &aget su-
am Deus: seruite illi, & seruiet ille vobis,
supra consuetudinem aliorum dominorum.

§. XIII.

*Seculares quoque, esca non nimiam debent cu-
ram habere; nec putare tempus pœni-
tentia ad se nihil pertinere.*

Neque verò Religiosis duntaxat ista di-
cuntur, qui omnem harum rerum curam
Superioribus debent relinquere, & non cu-
linæ, sed toti cœlestibus vacare; verùm mul-
tò maximè occinenda sunt ijs etiam, qui vi-
tam omnem diurnis nocturnisque laboribꝫ
impendunt; qui iam timent, ne morbis de-
bilitati, inidonei efficiantur, ad panem quæ-
rendum; iam, ne filij multiplicentur supra
facultates: iam, ne hostis irrumpat, & lon-
gis curis parta auferat, & mille talia, quæ
inquietos reddunt. Seruiant illi Deo, & De-

us alet seruos suos. Impendant, in quadra-
gesima, operibus p̄nitentiæ, quantum in
Bacchanalibus luxui impenderunt; exte-
nuent ventrem ieiunijs, quem distenderunt
epulis; emacient faciem inedia, tegant ge-
nas pallore, quas antea laruis deformarunt,
& dæmonibus similes reddiderunt: indu-
ant tunicam cilicio vtiliter molestam, habi-
tūmque seip̄os flagellantium, qui ridiculis
stultorum vestimentis tecti, per plateas,
Mænadam, aut thyrsos vibrantium Bac-
charum instar, insaniuerunt: denique qui
hostem peccatis suis meruerunt nobis addu-
cere, virtutibus suis eundem propellant.
Gerit enim se Deus erga nos, quemadmo-
dum nos ipsi nos gerimus erga Deum. *Nulla
creatura est, ait S. Augustinus; quæ non, velit,
nolit, diuina prouidentia seruiat: Facit enim
cum ea, quæ ex animo seruit, quod bonum est:
de illa verò, quæ hoc non vult, fit, quod iu-
stum est.*

S. August
in epist.
ad Galat.

C A P V T V.

*Deum, tum in omni, tum etiam in pecu-
niaria necessitate, egentibus mira-
biliter subuenire.*

§. I.